

## EPISTOLA

tio teneantur: ne tamen largius æquo venales hasce  
 meas jam jam exponendas merces collaudare, illis-  
 que emptores ultrò, quod iterum in proverbio est, ad-  
 ducere videar, ipsæ illæ probæ cùm sint, facile rectè  
 sentientes in amorem sui adducent, facile emptores  
 benignissimos reperient, facile etiam bonorum sibi  
 animos atque applausum nativa sua integritate con-  
 ciliabunt, fremat licet alter & alter, plurimorumque  
 in comparandis atque coëmendis istis animos im-  
 mutare, temerario ausu, sed tamen irritò conatu,  
 præsumat. Quid enim? Viguit & floruit in hunc usque  
 diem augusta humaniorum scientiarum Regina Elo-  
 quentia: vigebit & florebit deinceps in seculum: et-  
 iam si explerint eam Athenienses innato fastu turgi-  
 di: irriserint simplicitatis studiosi Spartani: proscri-  
 pserint Fannii Strabones & Marci Valerii: fannis ex-  
 ceperint superciliosi Platonici: convitiis deniq; pro-  
 sciderint propudiosissimis, epithetisque exornârint  
 (scilicet) odiosissimis malevoli quàm plurimi. Explo-  
 dant, irrideant, proscribant, fannis excipiant, convi-  
 tiis proscindant eandem adhuc dum hodie alii. Omni-  
 bus bonis & doctis *erudita* atque *elegans oratio* cum A-  
 ristotele *ars quæpiam salutis* videtur *inexpugnabilis*: præ-  
 clarum ingenii lumen cum Cicerone habetur; Vnde, si  
 moderatrix rerum sapientia adfuerit, in universam Rempub.  
 commoda veniant quam plurima: quæ honores & præmia  
 afferat: maxima studia pariat: homines in amplissimo digni-  
 tati: gradu locet: pacis comes, otii socia & benè constituta  
 civitatis alumna: quæ plurimas gratias, firmissimas amici-  
 tias & maxima sæpè studia pariat. Usque aded nihil elo-  
 quentia laudabilius vel præstantius, vel admiratione audien-  
 tium, vel spe indigentium, vel eorum qui defensi sunt gra-  
 tia. Cùm hac qui instructus, tribus modis, Seneca attestan-  
 te, homines aggrediatur: aures penetrando: oculos demulcen-  
 do: & animos invadendo. Id verò quantopere cùm in  
 choro tum in foro necessarium sit, res ipsa loquitur.  
 Quid enim oratoriâ destitutus Ecclesiæ Doctor in  
Choro

L. I. Rhet.

ad Theod.

L. I.

Cicer. in

Brut. I. de

orat. pro

Mura.

De clar.

Orat. pro

Mur.

.Officior.

2. epist.

Ch  
 rib  
 mod  
 ter  
 in  
 foc  
 fue  
 do  
 per  
 cia  
 qu  
 ip  
 sit,  
 hu  
 ma  
 dio  
 tio  
 pec  
 ced  
 hor  
 mu  
 pri  
 der  
 loq  
 der  
 run  
 cru  
 pol  
 fac  
 qui  
 Ca  
 aus